



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. LII. Romana legati de Carasis. De eadem materia dispositionis factæ
ad favorem familiæ. sub cujus nomine non dubitetur venire contentivam,
An veniat universa familia, non carata distinctione ...

atque in ea desiderando conservationem in ratione prohibitioni alienationis adjecta, quod in specie ponderatur in supra allegatis Bonon. fideicommissi de Pancaldi coram Panziolo & Cerro, Licet ista particularis adjectio non tollat dictam distinctionem cadentem inter contentivam proximam, & contentivam remotam, ubi praesertim adest dictum pronomen praecise denotans familiam propriam testatoris; Unde propterea pro meo sensu existente ista quaestione potius facti & voluntatis quam juris, in casu occurrentia, erroneum videtur procedere cum regulis & doctrinis generalibus, sed decisio desumenda est ex singulorum casuum particulari qualitate & circumstantiis, praesertim ex tractatu, & consuetudine testatoris, qualem scilicet familiam tractare, & cognoscere solitus esset tanquam suam & proximam discretè ab aliis ramis seu colonnellis, quamvis omnes inspecta antiqua origine dependentiam haberent ab eodem stipite, spectando tempus magis proximum, cum saepe experiamur, eandem familiam in eadem Civitate existentem, & quae pro certo pender ab eodem stipite, tractu temporis, ita in plures colonellos seu ramos dividi, quod unus non reputet proprium alterum, quamvis nulla intercedat discretio adjuncti vel insignium, potissimum verò in concursu, & in ratione praelativa; Ideoque totus punctus est in indagando illius testatoris particularem voluntatem, ex illius facti particulibus circumstantiis.

ROMANA LEGATI DE CARAFIS

INTER

CARD. CAROLVM CARAFAM

ET

FRANCISCVM CARAFAM
Prælatum.

Discursus arbitramentalis.

De eadem materia dispositionis factæ ad favorem familiae, sub cuius nomine non dubitetur venire contentivam, An veniat universa familia non curata distinctione adjunctorum, seu alia diversitate, vel potius veniat tantum illa pars familiae, de qua erat testator; Et an talis dispositio sit dividua vel individua, itaut conveniat omnibus de fami-

lia tunc extantibus, vel potius tantum, & cui; Et in specie de dispositione facta ad favorem Cardinalium, & Prælatorum de familiae tempore, an unitantum, vel omnibus conveniat.

S V M M A R I V M.

- 1 **F**Acti series.
- 2 **R**esolutio.
- 3 Numerus pluralis conveniens pluribus non est proprius gradus ad unum.
- 4 **D**ictio copulativa, Et, denotat concusum plurimum.
- 5 **V**ocato proximior veniunt omnes in eodem gradum si plures.
- 6 **F**allit si ex testatoris voluntate ad sit individua, ex natura rei.
- 7 **D**e materia quando numerus pluralis resolutio singularitates, vel è contra.
- 8 **P**onderantur conjecturae & circumstantiae individuitatem, & quod dispositio non est conveniat.
- 9 **Q**uid propria contineat legatum vel dispositio agitur.
- 10 **C**onciliatur elocutio in numero plurali.
- 11 **R**espondetur ad distinctionem copulativam de numero 4.
- 12 **C**opulativa quandoque resolvitur in alternationem.
- 13 **R**emotior admissus non excluditur per proximior & praedictum postea venientem.
- 14 **V**ocato proximior ad rem individuaam censetur plures ejusdem gradus vocatus primogenitum, natu major.
- 15 **D**e conjecturis seu circumstantiis ob quas cardines Cardinales antelati Prælati.
- 16 **V**ocat illi de familia etiam contentiva, quia veniant illi de familia distincta ab illa testatoris aliquod adjectum.
- 17 **D**eclaratur quando id procedat, & an applicetur ad casum.
- 18 **Q**uid ad effectum praelationis inter personas de qua familia.

D I S C. LII.

Cardinalis Petrus Aloysius Carafa de Anagnino Marchionum Anzii secundogenitum natus Ducum Nuceriae, de illa parte & familia Carafa, quae dicitur de Stattera, piissime ut vixit, moriens in Conclavi, celebrato per electionem Innocentii X. de ordine eorum, qui crederentur Pontificiae Dignitati proximi, Testamentum didit cum prudenti & felici cogitatu, cum tamen infelici ac involuta ejus explicatione, in enim dispositione de aliqua notabilis ejus affectu te ad favorem, tam Ecclesiae Tricaricentis, quae longum tempore fuerat Episcopus, quamque Ecclesiarum Abbatialium seu simplicium in Commendam seu titulum obtinuerat, reseravit divisit, medietatem relinquendo Principi Balthazari ejus ex fratre pronepoti dictae domus Aragonum seu capiti, tanquam per quatuordecim annos speciem restitutionis ejus quod in munere Aloysii Colonienis, aliisque Prælatibus muneribus propria domo obtinuerat; Aliam vero medietatem assignavit pro decore familiae Carafa.

Subventionem Cardinalium & Prælatorum familia pro tempore, disponendo præsertim emi debere in Urbe palatium pro eorum habitatione, propria etiam suppellectilia ad hunc effectum relinquendo, cum prælatione eorum qui essent sibi magis sanguine conjuncti.

Obtinuit primum hoc beneficium Octavianus Carafa Prælati de domo Ducum Ielsi secundo-genitorum principum Ostiliani de eadem parte & familia quæ nuncupatur de *Seatera*, qui solus in Curia reperiebatur in Prælatiuræ statu, itante exclusione Prælatorum habentium Episcopatum cum onere residentie, de quorum numero erat Petrus Aloysius Carafa testatoris ex fratre nepos ejusque in Episcopatu Tricaricensi ex resignatione successor; Cumque sequuto dicti Octaviani obitu, superstitibus in statu Cardinalitio, Carolo alias Episcopo Averlano tunc Legato Bononiæ, filio Principis Roccellæ de illa parte familiae quæ nuncupatur de *Spina*, & in statu Prælatiuræ Francisco ejusdem Octaviani ex fratre nepote; Orta est inter istos, benevola tamen ac extrajudicialis controversia super hujusmodi legati pertinentia, illaque remissa in Cardinalem Caracciolum Archiepiscopum Neapolitanum, tunc Auditorem Cameræ tanquam amicum ac utriusque partis benevolam, cui placuit, in hærendo dicti Cardinalis desiderio, me in ejus collegam assumere, post plures congressus, maturè examinato negotio atque negligendo proferte formale laudum, explicatum fuit nostrum votum, utriusque parti respectivè deferens hujus dispositionis participationem, Cardinali scilicet usum Palatii cum mobilibus & fruitionem aliquorum censuum & reddituum in Urbe, Prælati verò fruitionem aliquorum locorum montium Urbis & aliquorum censuum in Regno Neapolitano, atque ita sequuta fuit concordia, quæ controversiæ finem dedit.

In istis igitur congressibus, in quibus audita & examinata fuerunt utriusque partis fundamenta, duo erant puncti, Unus, An hæc dispositio esset dividua vel individua, itaut non conveniret nisi uni ex Cardinalibus vel Prælati superstitibus, vel potius omnibus & per simultaneum concusum; Et secundò, posita individuitate, cui potius contententium deberetur.

Quoad primum, ex magis communi sensu procedentium cum sola superficiali lectura testamenti ac verborum cortice, planum videbatur, dispositionem omnibus convenire per æqualem concusum, cum illa expressè concepta esset in numero plurali, ac indefinitè pro Cardinalibus & Prælati familiae, ibi, *Si comprì vn palazzo che serva per abitazione à Cardinali e Prælati, che pro tempore saranno in Roma di casa Carafai* idemque loquendi modus indefinitus, ac in numero plurali pluries repetitus legitur in plerisque testamenti partibus, unde propterea, cum tam fructio palatii, quam fortius fructio aliorum reddituum eodem modo quo per Nos de facto gestum fuit, esset dividua, de consequenti resultat, quod verba intelligenda essent in eorum propria & naturali significatione, & sic quod numerus pluralis conveniens pluribus restringendus non esset ad unum. ad text. in l. ubi numerus ff. de testibus & c. pluralis de regul. jur. in sexto, Tiraguell. in l. si unquam verb. suscepit liberos n. 18. Castill. lib. 6. contrò. c. 120. n. 2. cum sequen. & c. 121. n. 4. cum concord. de quibus infra in Romana hereditatis de Spatis disc. 57. & in decisionibus in ea causa editis.

Fortius verò, nedùm ob dictionem copulati-

Cardin. de Luca de Fideicom.

vam, & quæ supponit concusum simultaneum plurium copulatum ex deductis per Barbof. dict. 110. cum vulgar. sed etiam ex iis quæ habemus in simplicibus fideicommissis ordinatis ad favorem illorum de familia, quod non data restrictione ad ordinem primogenituræ vel majoratus, veniunt omnes æquali gradu existentes, etiam si dispositio concepta esset in numero singulari, quia nempe proximior vocatus sit, nisi de contraria voluntate restrictiva ad unum constet. S. si plures instit. de legit. agnat. success. l. 2. S. hereditas ff. de suis & legit. cum concord. plenè relatis per Fusar. quest. 356 n. 1. & omnes, Atque cum majori latitudine (neglecto exemplo juris patronatus, quod diversam habet rationem) ita nos docet quotidiana praxis illarum distributionum, quæ fieri solent per illos de familia, juxta casus, de quibus supra disc. 3. & 22. cum quibus terminis ista dispositio magis simbolizare videtur.

Ac etiam quia talis concursus in eadem dispositione supponi videtur, dum testator, inter Cardinales & Prælatos suppellectilium distributionem fecit designando, quænam Cardinalibus tantum, non autem Prælati convenire deberent.

His tamen non obstantibus, ego in contraria eam sententia, unde quando apud me non urget alia difficultas, de qua in secundo puncto, totum credidissimè deferendum esse Cardinali ob dispositionis individuitatem ex testatoris verisimili voluntate, ipsaque subjecta materia probabilius intrantem, qua posita, de plano, ac tanquam absolutum credebam in concusum Cardinalis & Prælati, Cardinali potius prælationem debitam esse ut infra.

Licet enim apud nostros nimium involuta sit quæstio, An & quando modus loquendi perneccesso attendi debeat, atque verba sumi in ejus propria & grammaticali significatione, itaut numerus pluralis converti non possit in singularitatem, vel e converso singularis in pluralitate, ex iis, quæ cum consuetudo magno labore ac nimia diligentia, parùm verò felici stylo cumulantur per Castill. d. contrò. 120. & 121. cum aliis de quibus in d. Romana hereditatis de Spatis disc. 57. & pluries in aliis infra super materia, an & quando numerus pluralis resolvarur in singularitates vel e contra; Nihilominus ut in eodem discurs. 57. & alibi advertitur, genuina veritas est, istam esse quæstionem magis facti & voluntatis quam juris, non ex solo cortice & formula verborum, vel grammaticilibus regulis & significationibus decidendam, sed spectata substantia verisimilis voluntatis defumenda ex facti vel subjectæ materiæ qualitate, ac principaliter spectato effectu seu fine per testatorem voluto, eodem modo quo omnes ultimarum voluntatum quæstiones decidi debent, attendendo solum regulas & propositiones generales pro congrua & benè regulata interpretatione arbitrii in metiendis facti circumstantiis pro una vel altera voluntate indaganda.

Hoc autem themate retento, plura in hac facti specie mihi videbantur concurrere suadentia individuitatem, ac excludentia pluralitatem seu simultaneum concusum plurium, & tanquam per quamdam speciem majoratus seu primogenituræ Ecclesiasticæ ad favorem familiae ordinatæ; Primò enim ac principaliter ponderabam prælationem à testatore demandatam illorum, qui sibi magis sanguine attinerent, prælatio enim supponit plurium simultaneum concusum ad rem individuum, quæ omnibus eodem tempore convenire non possit, sed

M

sed

LUCA
de
amentis
cat
CVI
9

sed uni tantum, ita ut prælatio seu præelectio intret, ut quotidianum habemus in materia beneficiorum, quæ certo generi personarum debita sunt, vel per concursum provideri debent; Si enim omnes æqualiter participare deberent, satua remaneret hujusmodi prælationis dispositio.

Secundò subjecta materia palatii emendi pro Cardinalium & Prælatorum habitatione cum summa per ipsam testatorem assignata sicut. 20. m. quæ attenta temporum conditione vix sufficere potest ad solam habitationem Cardinalis, ideoque stante istius conspicuæ familiæ numerositate, atque inter illius Civitatis æquè numerosas ac nobiles familias majori propensione vel usu assumendi vitam Ecclesiasticam, atque sequendi Romanam Curiam, de facili supponenda est simultanea existentia Cardinalis ac unius vel plurium Prælatorum, ut ferè semper, præsertim verò ipsomet testatore vivente praxis docuit, satis improbabile dicebam, ipsum testatorem habuisse in animo demandandi hunc simultaneum concursum omninò impracticabilem.

Tertiò in idem, stante consuetudine, quod, excepto casu fratrum vel nepotum cum Cardinali fratre vel patruo quodam jure filiorum familias, & dependenter in eadem domo ac mensa viventium, non practicatur neque practicabilis est habitatio in una domo Cardinalis & Prælati seu plurium Prælatorum separatim ac independenter viventium, potissimè verò præsupposita angustia habitationis, ut supra vix sufficientis soli Cardinali, atque etiam non existente Cardinali, omninò incongruè duobus Prælati separatim ut supra ac independentem vitam ducentibus.

Quartò ob ejusdem testatoris dispositionem, quod ejus satis copiosa plurium scientiarum bibliotheca in una ejusdem palatii Aula reponi deberet ad Cardinalium & Prælatorum pro tempore usum, qui in pluribus videtur impracticabilis, eodem modo quo etiam de aliquibus suppellectilibus.

Quintò quia postquam de tempore facti casus, Cardinales & Prælati tunc exstantes admissi sunt, etiam postmodum promoti ad Cardinalatum vel affumentes Prælatum, juxta verborum grammaticalem significationem ad hanc participationem admittendi essent, eodem modo quo praxis docet in supra explicatis familiarum montibus & distributionibus, ac etiam in Jurepatronatus familiarum, quod utique omninò incongruum ac improprium est, ita dando in Cardinalibus & Prælati quandam impracticabilem ac indecoram vitam collegialem more Religiosorum seu Scholarium viventium in Collegio vel Dozina.

Et exò demum fortiter, tam, ex qualitate palatii emendi ut supra, quam ex quantitate reddituum percipiendorum ex aliis effectibus ad id assignatis, quoniam data repartitione inter plures, modica esset singulorum subventio, quam testator expressè professus est relinquere, ut Cardinales ac Prælati de hac familia, ita cum convenienti maiori splendore ac decore in Curia vivere possent.

Ideoq; dicebam omninò verius esse istam fuisse quandam speciem beneficium seu commendæ pro subventionem eorum de familia qui vitam Ecclesiasticam sequentes in statu Cardinalatus vel Prælatum in Romana Curia vivunt, ut ita ob graves Curie sumptus cum majori decore vivere possint, juxta illud legatum quod clerico inter descendentes legitur apud Ostob. decis. 270. & apud Celsum decis. 159. sive alium de quo supra in Romana Commendæ disc. 8. Nil obstante loquutione in numero plurali, quo-

niam cum ageretur de dispositione habentium ætuum perpetuum ac successivum, rectè ita locutus est de Cardinalibus, & Prælati in genere distributivè ac ordine successivo, eodem modo quo habemus in beneficiorum, & commendationum erectionibus.

Atque ita de plano tolli dicebam aliter subjecta ut supra deducta ex discreto usu supellectilium, & ex distinctione copulativa, & per inter Cardinales & Prælatos; Siquidem quod ætuum usum mobilium procedi dicebam cum meo voco claro, quoniam testator non procedit viam distributionis illorum inter Cardinales Prælatum præsupponendo utriusque, sed procedit concursum, sed prohibuit Prælati ulum alioquin magis qualificatorum supellectilium, quoniam Cardinalibus congruum reputavit, pro solis tempore quo Cardinales non adessent, illi in una aula diligenter conservando, idque præsertim ad veritatem dicto intellectui.

Et quoad dictionem copulativam dicebam trare eandem responsum supra datam electioni in numero plurali, quod scilicet non potest de dispositione semel effectum fortitè habente trahere perpetuum & successivum, ut copula conjungit utrumque; genus ad effectum notandi, quod tam Cardinales quam Prælati hoc subsidium seu emolumentum vocant, sed successivè seu distributivè juxta subjectionem teriam; Potissimè verò quia non agitur de re ab ipso instanti nativitate competente, & quæ sita duratione generis vel familiæ præsupponitur, ut semper existat, sed de qualitate acciderat contingente in ordine ad Cardinalatum, quentius verò & fortè continuo in hujusmodi bilibus ac numerosis familiis in ordine ad Prælatum, quæ habentibus modum se subjectionem Curia, & talem qualem habilitatem, non solitari, Et sic præfata dictio remanet in sua propria & naturali significatione in ordine ad ipsos Cardinales & Prælatos, distributivè reserter singulos concurrentes resolvitur in alteram, quod juxta subjectam materiam hujusmodi congruit, ut advertitur supra in Bononien. decis. 44. & infra in alijs.

Posita individuitate, quodque dispositio conveniat nisi uni, Tunc, aut Prælatum juxta usus fuit absque concursu Cardinalis, quia tempore facti casus ipse solus reperiretur, & verius credebam supervenientem Cardinalatum non repellere, juxta regulam, quam habemus de remotiore admissio ad primogenitum vel aliam successionem, non excludendo proximiorum postea supervenientem, nisi testatoris voluntas urgeat, juxta doctrinam Lambertii de Ramponibus, de qua plenè decis. 11. rec. & habetur supra disc. 8. cum pluribus. Quod fortius procedere dicebam in hac specie ob nimiam asperitatem aliis relictis addendi: afflictionem afflictio, quod scilicet Prælati hujus particularis fideicommissi possessionem frequenter præsupponendus antiquior in Curia videat suum æmulum de propria familia ortum cum probabili desperatione suæ exaltationis & quod hoc emolumento spoliari debeat, propterea quando præfatus Cardinalis ad eam ac emerit Nuntium Apostolicum agens Imperatorem ad hanc dignitatem evectus, quamvis aliqui crederent ipsum ad hoc fideicommissum aspirare posse, Ego fui in contrarium

gentia, cui ipse, potissimum ob nimiam animi generositatem, acquievit vivente possessore.

Ubi verò res est in fieri cum æquali concursu ad successionem assequendam, quocies in contrarium non urgeat ratio conjunctionis sanguinis, cui testator expressam dedit prælationem, ut in præsentibus non concurrebat, quia nemo testator sanguine conjunctus erat, sed ambo longè ultrà decimum gradum ab eo distabant, & tunc posito quod concurrentes sint de eodem genere vocato, ita ut non obstarat ponderatio divisionis familiæ de qua infra, omninò certum credebam citrà principium dubitandi, quod prælatio debita esset Cardinali;

14 Tum ex propositione quam habemus, quod vocato aliquo genere non specificata persona ad rem de sui natura vel ex voluntate testatoris individuum, vocatus censetur dignior, nempe primogenitus, seu natu major *Socini. sen. cons. 252. lib. 2. & consil. 88. lib. 3.* & cæteri ad sarietatem de more cumulati per *Fusar. dicta quæst. 356. n. 5.* & habetur infra in *Anconitana fideicommissi de Tomajis disc. 183.* Tum etiam ob verisimilem, quinimò meo iudicio claram testatoris voluntatem ex pluribus adminiculis resultantem; Primò scilicet ob majorem decorem familiæ; Secundò quia Cardinales sunt primò nominati, postea verò Prælati; Tertio ob meliorem tractationem Cardinalium circa usum suppellectilium ut supra; Quartò quia ipse testator erat in hac dignitate constitutus; Et quindò omnium probabilium, quod in Prælati non adeò congrua & necessaria est hæc magna subventio, dum constituti in Prælatura jam supponendi sunt provisi de redditu sufficienti ad congruam sustentationem in Curia, sine quo ad Prælaturam non admittuntur, neque juxta ejusdem Curie mores, Prælati convenit magnam ac insolitum saltum tenere; Magis verò talè subsidium congruit Cardinalibus, qui ut plurimum ditissimi Prælati in eo majori statu pauperes efficiuntur, proportionatè ad decorem, ubi potissimum sunt de conspicuis familiis.

15 Quare unica dubitandi ratio restringebatur pro meo iudicio ad secundum punctum propter hujusmodi familiarum divisionem cum formali distinctione adjecti in stemmate & nuncupatione, dum alia est familia *Carafa de Statera*, & alia *de Spina*, ut supra, ideoque intrare videbantur firmata per *Socin. in ejus celebri cons. registrato inter cons. Cur. sen. cons. 40.* communiter recepto ex deductis in *Romana primogenitura de Capisucchi disc. 50.* ut appellatione familiæ Fontanæ veniret solum illa, de qua erat testator, non autem aliæ diversæ adjectæ habentes, ut laus *dicto disc. 50.* Quod fortius ob stare ponderabam, Tum ex supra in sinuata prælatione, quam testator demandavit de sibi magis proximè attinentibus, unde sumpta debita proportione, id rectè ad hanc voluntatem conferre videtur; Tum etiam ex eo quod sequuta morte testatoris, cum alter non adesset Prælati capax legati, utpotè non subiectus residentie Episcopali, quam præfatus Octavianus, licet esset de eodem genere & familia de Statera, attamen descendebat à domo, seu colonello Principum Ostiliani, diversa à domo seu colonello Ducum Nuceriæ, unde descendebat testator; Hinc proinde tam Princeps Beluederij hæres, quam cæteri testatoris ex fratre nepotes prætendebant hujusmodi dispositionem restrictam esse ad propriam domum, seu colonellum testatoris, & non convenire præfato Octaviano de colonello diverso atque non defuerunt plures seniores, ac primi nominis Advocati in Urbe, & in Civitate

Cardin. de Luca de Fideicommiss.

Neapolitana hujusmodi prætensionem confoverunt sopitam per quandam concordiam, ex mea etiam mediatione sequutam.

Quamvis autem mihi hæc difficultas de stricto jure, & quando gessissem partes judicis, non videretur relevans, Attamen quia aliquam habebat apparentiam, Ac etiam quia alter majoris auctoritatis arbitrator seu compositor erat in sensu, quod attendi deberet numerus pluralis, ideoque tam Cardinalis quam Prælati dici possent simultaneè vocati, & per concursum, ideoquò, sciens etiam Cardinalis munificentiam, ad honestæ concordie temperamentum descendit;

17 Quando autem, ut dictum est, partes judicis seu arbitri tantum gerere debuissim, pro Cardinali potius his non obstantibus respondissem, quoniam testator non vocavit suam familiam simpliciter, sed vocavit familiam de *Carafis* in genere, quod satis ponderari solet in altera quæstione, An vocata familia veniat solum effectiva, vel etiam contentiva juxta decisiones in *Bonon. de Pancaldis coram Panziolo & Cerro insinuatè etiam dicto disc. præcedenti & alibi*, Ac etiam quia non agebatur de simplici fideicommissio cum ordine merè successorio regulando, sed de quadam dispositione magis honorifica, ad familiæ decorem & honorificentiam in genere ordinata, ob dignitates ita in ea alliciendas & conservandas, quo casu, tam de jure quam de facto ex communi usu attendendæ non veniunt hujusmodi distinctiones & subtilitates; Potissimè quia licet adfit in hac familia supradicta contradistinctio, attamen illa in eademmet Civitate Neapolitana solum inter nobiles vel alios litteratos & eruditos nota est, vulgò autem tota familia *Carafa* reputatur una & eadem; Multo magis in Curia Romana aliisq; Mundi partibus, dum de facto nulla adest diversa nuncupatio, ut est e.g. in familia *Capycia*, in qua ipsum principale vocabulum *Capycia* quasi oblitatum est, nuncupatio autem desumitur ab adjecto, de *Galeotis*, de *Latris*, de *Zurlis*, de *Piscitellis* & similibus, unde forsitan suspicari potest istas revera & de facto esse familias diversas, in familiam *Capyciam* seu ejus quarterium per quandam unionem seu confederationem allectas, ita illorum temporum usu exigente, ut præsertim frequens haberetur in Civitate Januensi, præsertim circa familiam de *Grimaldis*, sed quidquid sit de hoc circa quod relinquuntur loci veritati, id dici non potest de hac familia, quæ de facto unicam habet nuncupationem simplicem de *Carafis*, dicta distinctione retenta in mente eruditorum, ac solum apparente ex dicta diversitate adjectorum in stemmate, unde casus videretur diversus ab eo, de quo agit *Socin dicto consil. 40. inter illa Curij*; Ponderando etiam quod utraque familia pariformiter gloriatur, tam de Pontifice *Paulo IV.* quam de multis Cardinalibus, ac viris illustribus, quorum ipsa satis fecunda mater fuit, absque hac distinctione, dum illi de *Statera* ponunt in catalogo viros illustres, eorum de *Spina*, & e conversò; Atque ipsemet Cardinalis testator, eodem modo tanquam attinentes & de familia tractabat, præfatum modernum Cardinalem, tunc Prælatum, ac prædictum Octavianum, respiciendo solum in universum ad illam familiam, quæ in eadem Civitate ac in eodem sedili tanquam unica eisdem potitur præminentis.

18 Credebam tamen, reflectendo ad veritatem, hujusmodi distinctionem rectè considerabilem esse in ordine ad prælationem in concursu inter existentes in eadem sphaera seu dignitate; Si enim

M a contin.

LUCA
de
amentis
cat
CVI
9

contingente vacatione plures reperirentur Cardinales, tunc juxta regulam, de qua supra ad favorem majoris natu seu primogeniti, admitti deberet antiquior eo modo quo praxis docet inter Cardinales Venetos super titulo S. Marci, & confimili fructione partis insignis palatii eidem Ecclesie adjacentis, & sic respectivè inter Prælatos; sed si inter eos adefset hæc differentia, quod scilicet aliqui essent de illa parte familiae, de qua erat testator, alii verò de altera, tunc ducto argumento à prælatione, quam testator sibi magis proximis dare voluit non improbabiler dicendum veniret, istam circumstantiam prævalere debere alteri antianitatis, sed intrâ personas ejusdem sphaerae, seu ejusdem dignitatis, secus autem in concursu dignitatis majoris cum minori ut supra; Ad has autem ac similes ambiguitates, & controversiarum occasiones removendas, ego testatoris satis benevolus ac beneficis affectus, ex tunc ab initio visa hujusmodi confusa, ac non benè distincta dispositione, amicis ac benevolis per testatorem viventem non communicata, laudasse, ut etiam consulti, quod curaretur obtineri Apostolicam determinationem seu præfinitionem ordinis succedendi per viam declarationis vel suppletionis magis quam derogationis, cum tamen etiam istam ex aliqua probabili causa Pontifex sine dubio dare possit, ac etiam soleat, ut habetur infra in materia licitæ alienationis bonorum fideicommissorum ex Apostolica derogatione, ac etiam frequenter *sub tit. de feudis ad materiam Bullæ Baronum*, sed in hoc hucusq; practictu vidi vulgare dicitur, quod commune est, negligitur.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ALBERINIS.

PRO
HORATIO ALBERINO
CVM
CLEMENTIA PURA.

Casus decisus per Rotam pro Clementia.

De eadem materia familiae positæ in parte dispositiva vel conditionali quæ veniat, ubi non est verificabilis effectiva, an scilicet solum contentiva proxima, vel etiam contentiva remota; Et an ratio conservacionis bonorum in familia ampliet præcedens fideicommissum ad universam familiam ultrâ personas ad illud expressè vocatas; Et de caducatione ulterioris substitutionis ob defectam conditionem, sub qua illa ordinata est.

SVM MARIVM.

- F**Acti series.
Resoluciones causa.
- 3 Caducata prima substitutione caducatur sequens.
 - 4 Ratio conservacionis bonorum in agnatione adjecta in prohibitione alienationis, & in aliis dispositionibus non ampliat fideicommissum dispositivè ordinatum ultrâ casus & personas expressas.
 - 5 Declaratur conclusio, de qua num. 3. & quomodo inret vulgaris anomola necne.
 - 6 Limitatio non præsumitur, sed est probanda ac alias fundata est intentio habentis regulam.
 - 7 De distictione tunc & eo casu, vel simili.

- 8 De fideicommissio resulante à contemplatione agnationis, ac ratione adjecta conservacionis bonorum in familia.
- 9 Explicatur quando inret in effectu supra præri anomola præservativa caducationis.
- 10 Instituitur post mortem ejus, cui relictus est fructus, dicitur heres directus ab intestato idem de substituto.
- 11 De admixtulis contemplatione agnationis.
- 12 Sub familia contentiva comprehenduntur omnes agnati, & de illa etiam remoti.
- 13 De differentia inter contentivam proximam contentivam remotam, & ad quas etiam consideratur.
- 14 Ex quibus constat testatorem sentisse deversa familia contentiva etiam remotam.
- 15 De theoria Cuman, an vocatio proxima expiret in primo.
- 16 De argumento gravaminis proximioris dilectorum, an exinde inferatur ad gratiam remotiorum.
- 17 De materia an & quando ratio conservacionis bonorum in agnatione adjecta prohibet alienationis inducat fideicommissum, quod extendat ultrâ personas expressas.
- 18 De differentia an dicta ratio consideretur in dispositione vel interpretativa.
- 19 Militibus Hierosolymitanis expeditio salaria & redditus, & de ratione.
- 20 Quod attendi debeat substantia veritatis lunaris, & non sit inharerendum in verborum, & de ratione.

DISC. LIII.

Fulvius de Alberinis emittre volens præfines in militari Religione S. Joannis Hierosolymitani, per actum inter vivos de ejus bonis fuit ad favorem trium fratrum germanorum perperuo descendivo fideicommissio in eadem linea masculina, ordine tamen non similitudo successivo, hoc est primo unius fratris ejusque deinde ista defecta ad favorem secundi, & terti, cessivè, omnibus autem deficientibus, ipso testatore superstitite, bona reverti voluit ad ipsam ad usumfructum sua vita naturali durante, quod ad proprietatem devolvi voluit ad præteritum de domo Alberina, penes quos post ejus mortem dictus fructus cum proprietate consolidarentur cludendo profitentes in Religione ac Fideicommissio prohibendo quascumque detractiones & alienationes, pluries repetendo, tam in procerio substitutionis, quam in ratione adjecta distictionis, vel exclusionibus ac prohibitionibus, æque contemplationem, ac desiderium conservacionis honoris, & ampliationis familie & domus Alberinæ; Prædecessit autem ipse Fulvius donatoris donatariis, ex quibus omnibus fuit superstites Paulus filius unius eorum, in quo dicta bona consolidata fuerunt, dictoque Paulo dicta bona abscq; prole scripta hærede Clementia Puræ triangularis orta est quæstio super hujusmodi inter dictam Clementiam hæredem, & Horatium præteritum Pauli germanam forem, & Horatium præteritum de familia Alberina, Et introducta in Rotam coram Priolo, super dubio, An conditio fideicommissio, & ad cujus favorem, sub die 17. februarii 1661 negativa proditit resolutio, quæ non effecta essent libera, eaque confirmata sub die Novemb. ejusdem anni, unde Horatius præteritus neque hucusq; causa ulterioe progressum habuit. Resolutio fundamentum fuit, quod in procerio proximioris de familia concepta esset in procerio, in quem fratres eorumq; descendentes deberent superstitite ipso donatore, per cujus præteritum